PENGAD-Bayonne, N. J.
EXHIBIT
A Montel
6.13.12 eet

et intercessione beati Laurentii
martyris tui, perpetuam nobis mi-
sericordiam benignus impen-
de. Per. Epistola. Confitebor tibi
domine rex. Require in communi virgi-
num. Graduale. Dispersit dedit
pauperibus, iustitia eius manet in se-
culum seculi. Potens in terra
erit semen eius, generatio rec-
torum benedicetur. Evangelium.
Si quis vult venire post
me. Require in communi unius martyris.
Offertorium. Oratio mea munda
est, et ideo peto ut detur locus
meus in celo, quia ibi est iu-
dex meus, et conscius meus
in excelsis. Ascendat ad te
deprecatio mea. Secreta.
Hostias quas tibi do-
mine offerimus, propitius
respice, et intercedente beato
Laurentio martyre tuo, vincula
peccatorum nostrorum absolve. Per.
Communio. Qui vult venire post me
abneget semetipsum et tollat
crucem suam et sequatur me. Postcommunio.
Quesumus domine deus omnipotens
ut sicut de beati
Laurentii martyris tui comme-
moratione temporali gra-
tulamur officio, ita perpe-
tuo letemur aspectu. Per. In
festo sancti Laurentii. Introitus.

Onfessio
et pulchri-
tudo in con-
spectu eius,
sanctitas et
magnificen-
tia in sancti-
ficatione eius. Psalmus. Canta-
te domino canticum novum, cantate
domino omnis terra. Versus. Gloria patri. Oratio.
Da nobis quesumus omnipotens deus
vitiorum nostrorum flammas
extinguere: qui beato Lauren-
tio tribuisti tormentorum
suorum incendia superare. Per.
Fratres: Qui Ad corinthios
parce seminat, parce
et metet. Et qui seminat
in benedictionibus, de bene-
dictionibus et metet. Unusquis-
que sicut destinavit in
corde suo, non ex tristitia aut
ex necessitate. Hilarem enim
datorem diligit deus. Potens
est autem deus omnem gratiam
habundare facere in vobis,
ut in omnibus semper omnem

f. 212